



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Historia feriae tertiae post dominicam Palmarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Historia feriæ tertiaræ post  
dominicam Palmarum.

**Mar. II.** Et cū mane transirent id est, bona, ut hodie uulgo no-  
cant, tertia feria, uiderūt sicum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, Ecce sicus illa quā execratus es exaruit. At ille, fidei, inquit, hoc opus est per quam omnia impetrabitis à deo & nihil erit impossibile credenti. Et uenunt rursum Hierosolymam.

Et cum ambularet in templo accedunt ad eū summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicunt ei, In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatē ut ista facias? Iesus autē respondens ait illis &c.

**In tribus** Euange= Et cœpit loqui multis parabolis quibus haud ob-  
scure notauit eorū incredulitatem & obstinati cordis listis. locum subrogandæ, atq; ad eo q; & publicani & mere trices præcederent eos in regnum cœlorum, quod in Christo rege è cœlis adductum fuerat, in quo dei non humana iustitia inhabitat, atq; eò quādōq; deduxit rē ut semetipſos suo ore condemnarent. Cum uero hoc intelligerent, abierunt.

Mittunt ergo discipulos suos cum Herodianis per insidias interrogantes de censu Cæsari dando, quibus ait, Reddite quæ sunt Cæsar's Cæsari, & quæ sunt dei deo. Saducæos mox de resurrectione mortuorum ten-

tantes confutat, magnum mandatum in lege, tentanti legis doctori aperit. Phariseos qui sibi legis scientiam uendicabant interrogat, cuius filius Christus sit. Hinc uiduam duo æra offerentem reliquis propter fidem prefert. Contra phariseos ad turbas loquitur, et in faciem lupis illis maledicit.

Matt. 23.

Atq; isto conatus dū Euangelium promovet, et eos qui Euangeliō credunt contra phariseorū doctrinas et impias traditiones instruit, sine quarū damnatioē Euangelium prædicari non potest, mortem contra se urget, quā obiturus in nostrorum peccatorū oblationem uenerat. Hoc uero postremo audiunt Euangeliō persecutores, Eae relinquunt uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, Nō me uidebitis amodo donec dicatis, Benedictus qui uenit in nomine domini.

Et egressus de templo, discipulis structurā mirantibus, prædixit non remansurum lapidem super lapidem, ne scilicet hodie gloriarentur Iudæi cū scandalo nostro omnia sua adhuc esse integra. Et cum ascensisset in monte oliueti, sedens prædictit multa de Iudeis abiiciendis, de ciuitate et templo uastandis, de seductione pseudapostolorū, de persecutione illorum qui profitentur Euangeliō, de prædicando Euangeliō per totū mundum, quorū quædam facta et impleta post Christi glorificationem uidemus, quædam tūc statim coepta adhuc durare, et adhuc scilicet dubita-

Matt. 24.

AA 3

mus factane uel copta sint iam post mille quingentos  
annos quae futura predixit de pseu  
doprophetis & eorum signis mendacibus? quorum caput  
Paulus uocat hominem peccati &c. qui incertis doctrin  
is ignorates de quibus affirmet, seducturi erant mun  
dum & dicturi, Ecce hic est Christus, ecce illic est. Ad  
uersus quos nos praemunij suo uerbo, dicens, Nolite  
credere. Ecce predixi uobis. Vbi uero ista pseudochri  
stiana seductio grassata fuerit signa uidenda praedit  
futuri iudicij & extremae illius diei, atq; haec & aperi  
tis uerbis & parabolis agit, ut in Matth. eo & alijs ui  
**Matt. 26.** dere licet. Et factum est cum consummasset Iesus ser  
mones hos omnes, dixit discipulis suis (eadem scilicet  
tertia feria, erat enim feria quinta sequens uespera pa  
schæ) Scitusque post biduum pascha fit &c.

## ANNOTATIO DE PASCHA

sive de die festo azymorum.

Azyma celebrabantur septem diebus, quando non  
solù non edere sed ne in domibus quidē habere fermē  
tum licebat, quod legis Exo. 12. Leuit. 23. & Num. 28.  
Primus dies erat decima quinta luna mensis primi, san  
ctus ut non licuerit in eo opus facere seruile, erat &  
septimus dies eadem sanctitate uenerabilis. In uespera  
præcedente, id est decima quarta luna, edebant agnū  
sine macula, masculum, anniculum, assūm, cum lactu  
cis agrestibus & azymis panibus &c, quae sunt sacra